

quia sapientia dī multiplex dicitur. uti per haec mereamur partem
cipium sumere sapientiae dī qui est ih̄s xp̄s dñs cui est gloria & im-
perium in saecula saeculorum amen. EXPLICIT OMELIA VII.

**INCIPIT OMELIA VIII. DE HIS QUI IN CONVERSIONE GAL-
GESIAS UNTE EDEREGE EIUS EX PARTE**

De precamur uos o auditores sacrorum uoluminum. non cum
tedio uel fastidio ea quae leguntur audire. pro eo quod mi-
nus dilectabilis eorum uidetur esse narratio. scire enim debe-
tis digna quidem esse sc̄i sp̄s eloquia quae leguntur. sed ad expla-
nanda ea indigemus gratiam sp̄s sc̄i illam quam dicit apor-
tolus. Alii autem p̄ sp̄m datur sermo sapientiae. Alii autem
sermo scientiae se eundem sp̄m. Ita igitur & iam nos in locis
praesentibus indigemus. In quibus referatur quod ih̄s successit
sic moysē. & ipse populum ducit. & ad umbrabatur. in pre-
senti lectio. Talis quaedam historia. qui habitabant gal-
tatem. primo quidem uincere & euertere filios israhel.
propter peccatum quod commiserunt. Post ea uero quā
ablatum est malum de medio ipsorum. iubetur ad dux po-
puli ih̄s in duas partes diuidere populum. ut pars simulat
fugam. pars autem subsistat in insidiis. quibus decipiatur
gal. Quibus ita dispositis. rex gal uidens
ih̄m & filios israhel eminus. concitatur aduersus eos in pre-
lium. illi uero simulantibus fugam. isti acrius insecantur.
& uelut spolia ducturi de hostibus. omnes simul procedunt.
Ita ut scriptura dicit. Relinqueret uacuam ciuitatem. sed
post ea quam constitutum progressi sunt locum. conuersus
ih̄s signum dedit. ut exsurgerent qui in insidiis erant. & dor-
sa hostium cederent. & ita illi nauissimi & isti primi medias
hostes conclusor intermunt uniuersos. & hoc modo uictis